

SELECTAE  
EX  
UNIVERSA  
**PHILOSOPHIA**  
HYPOTHESES ATQUE THESES.

---

QUAS  
A. D. O. M.  
PRAESIDE  
**P. GEORGIO ZEDER,**  
SOCIETATIS JESU.

PHILOSOPHIAE MAGISTRO, ET PROFFESS.  
PUB. ET ORD. FACULT. PHIL. IN HAC  
ALMA SEMPERQUE CATHOL.  
UNIVERSIT. ASSESSORE

PRO SUPREMA PHILOSOPH. LAUR.

PROPUGNABIT

ORNATUS AC ERUDITUS  
**D. JOANNES PHILIPPUS OTT,**  
Bruchfal.

AA. LL. ET PHIL. BACCAL.

*DEFENDENTIUM QUINTUS.*

MOGUNTIAE IN AULA MAJORE ACADEMICA  
PP. SOCIETATIS JESU.

*Horis post meridiem consuetis.*

---

MOGUNTIAE, Ex Typogr. Elector. Aul. Acad.  
priv. apud Hæred. Hæffner.  
per Joann. Benjam. Waylandt.

DD. DEFENDENTIUM.

I. D. JOANNES HENRICUS VOGT, Mogonus.

*Defendit die Mensis Aug.*

II. D. GEORG. ADAMUS FRANCISC. ALOYS.

AMOR DE REIDER, Insign. Eccl. Colleg.

ad Grad. B. M. V. Canonic. Mog.

*Defendit die Mensis Sept.*

III. D. NICOLAUS ZINCK, Mogonus.

*Defendit die Mensis Aug.*

IV. D. JOSEPHUS NAU, Schloßbornensis.

*Defendit die Mensis Aug.*

V. D. JOANNES PHILIPPUS OTT, Bruchsal.

*Defendit die Mensis Aug.*

VI. D. JOANNES BAPTISTA GUAITA, Mogon.

*Defendit die Mensis Aug.*

---

---

PHILOSOPHIA HORTUS EST,

*Cujus Sepes LOGICA, Arborea PHYSICA,*

*Fructus MORALIS.*

PHILO L. de *Monarchia.*



# THESES

EX

## PHILOSOPHIÆ PROOEMIO.

PHILOSOPHIA *universim* recte describitur, *cognitio rerum naturalium*, per *causas rei cuiusque proprias*.

LATENT NOS *plerumque* in *Physicis primæ & propriæ effectuum causæ*: unde *Hypotheses* admittendæ sunt, & *Experimenta* stabilendis *Hypothesibus* adhibenda.

HYPOTHESEON *struendarum* has tradunt LL. Philosophi. 1) *Principiis certis, & alias notis Hypothesis ne contradicat.* 2) *Phænomenis explicandis sufficiat.* 3) *Alio, quam Hypothesis nomine, nunquam venditetur.*

EXPERIMENTORUM *fides* his tribus nititur. 1) *Instrumenti perfectione.* 2) *Experimenta facientis solertia.* 3) *Ejusdem ingenio, in veris effectuum causis explorandis.*

PHILOSOPHIÆ *universæ* partitionem his verbis tradit AMBROSIVS: *Tria sunt, inquit, quæ PHILOSOPHI Mundi hujus præcellentissima putaverunt, triplicem nempe esse SAPIENTIAM, quod aut NATURALIS sit, aut MORALIS, aut RATIONALIS. PRAEF. in Evang. S. Luc.*

THESES  
EX  
PHILOSOPHIA RATIONALI  
EX LOGICA.

LOGICA nostra, DIALECTICA, CRITICA, & METHODO absolvitur.

In ratiocinatione perfecta *tres* tantum termini esse possunt.

Qui *contradictoria* loqui voluerit, dicere debet *præcise*, quod *requiritur* ad alterum refellendum.

In expositione, enunciationis *dubiæ*, opus est suppositionum regulis, quas idcirco defendimus.

CRITICAE objectum primarium, est *Authoritas* humana, *viva voce*, aut *scripto* consignata.

Humana Authoritas in gradu *infimo* jus præsumendi veritatem parit; in gradu *altiore*, plus minusve, pro *numero & conditione* testium.

Libros *spurijs* à *genuinis* secernit *stylus* Authori *proprius*, & *doctrina* fibimet *coherens*: Argumenta *mere* negativa enervat, quidquid probabiliter afferri potest, pro excusando testium *coævorum*, aut *supparium* silentio.

METHODUS docet in rebus exponendis ac investigandis, servare doctrinæ *ordinem*.

Hinc *universalia* particularibus: *clara* obscuris: *certa* dubiis præmittenda sunt, quo nihil est, sive legenti, sive audienti commodius.

Sed imprimis videndum, quæ cui *materiæ* Methodus congruat. EX

# EX METAPHYSICA.

METAPHYSICA (invisum Sæculo huic nostro nomen) OBJECTUM, SUBJECTUM & PRINCIPIA scientiarum discutit.

OBJECTUM Scientiarum generalissimum, est *Ens*, cujus *species varias*, & *proprietates volenti* definiemus.

Dantur causæ creatæ vere *effectrices*.

Aliud *prærequisitum*, aliud *causa* est: *Actio* tamen est ipsa *Causa*, connotans *prærequisita omnia*, & *effectum*.

Præter *possibilitatem entis extrinsecam*, datur *intrinseca*: & præter *futuritionem causalem*, *formalis*.

SUBJECTUM scientiarum, est *Mens suas ipsa ideas fabricans*.

Aliud agit illa, dum *vult*; aliud, dum *judicat*.

Veritatem evidentem *negare* non potest: nihil tamen impedit, quo minus *differat*, etiam solius *libertatis exercendæ causa*, in re *innocua*, assensum.

PRINCIPIA scientiarum tria sunt, *evidentia sensus*, in *sensibilibus*: *authoritatis*, in *credibilibus*: *intellectus*, in *intelligibilibus*.

Prima certitudinem *physicam* parit: *secunda moralem*: *tertia metaphysicam*.

Datis *principiis certis*, detur etiam *scientia*, necesse est. Unde de omnibus dubitari *effective* non potest.

THESES

EX

PHILOSOPHIA MORALI.  
EX ETHICA DOGMATICA.

ETHICA dogmatica morum *fontes* investigat  
in DEO, ANIMA hominis, & LEGE na-  
turali.

EXISTERE DEUM, rerum omnium princi-  
pium, *demonstratur.*

DEUS rerum omnium *principium* primum,  
est etiam *finis* earum simpliciter ultimus,  
& hominis *beatitudo.*

Providentia sua *gubernat* omnia, & *concur-  
rit* ad actiones singulas *immediate.*

ANIMA hominis *Spiritus* est,

Gaudet immortalitate *naturali*, & *vivet per-  
petuo.*

Libertas, quæ inest animæ, ad *merendum*, ac  
*demerendum* valet, adeoque immunis est  
à simplici necessitate.

Animam *exlegem* condere DEUS non potuit:  
ergo datur *Lex* naturæ.

Lex ista *Immutabilis* est & *nota* omnibus,  
tum quoad *principia* prima, tum, quoad  
conclusiones proximas.

Conclusiones *remotiores* ex suis principiis  
eruantur difficilius: hinc dari potest ig-  
norantia I. N. invincibilis.

EX

# EX ETHICA PRAECEPTIVA

## SIVE JURE NATURAE.

ETHICA praecipiva five Jus NATURAE, praeter REGULAS MORUM, J. N. PRINCIPIA, & OFFICIA hominis explicat.

PRIMA morum regula est Lex DEI *eterna*.

Secundaria est *conscientia*, etiam in flagitiosissimis, sui juris tenax.

Ut actus *moralis* sit, requiritur voluntarietas, & libertas, cum advertentia ad morum regulas.

PRIMUM Juris Naturae principium speculativum est, *constitutio humanae reipublicae digna DEO*.

Practicum est amor *triplex*, DEO, tibi ac proximo debitus, *vi* principii prioris.

Principia reliqua, quae hic aliqui afferunt; alia *impia*; alia *periculosa*; alia *insufficientia* sunt.

OFFICIUM DEO debitum, est cultus interior, *cum* exteriori quodam conjunctus.

Proximo debetur amor non *externus* solum, sed etiam *internus*.

Autochiria & Monomachia principiis *fundamentalibus* I. N. repugnant: occisio aggressoris injusti cum moderamine *inculpatae* tutelae licet.

THESES  
EX  
PHILOSOPHIA NATURALI.  
EX PHYSICA GENERALI.

PHYSICA generalis REGULAS motuum, PRINCIPIA corporum, & PROPRIETATES considerat.

MATERIA physice prima, sunt partes *minimæ* seu primigeniæ.

Forma corporum, *vita carentium*, est earundem partium *combinatio*.

Minimas illas particulas *inextensas* dicere malumus, quàm *in infinitum* divisibiles.

PROPRIETATES corporum generales sunt *porositas, gravitas, elasticitas &c.*

Speciales sunt *calor, color, sonus, lux.*

Calor est ipse ignis, motu *perturbato & expansivo*, agitur: frigus contra, *quies* igniculorum *respectiva*.

Color est *Lux modificata*; *Lux Aether*; *Sonus Aer*, motu *vibratorio & rectilineo* concitatus.

MOBILE, quia de se *iners* est, & ad motum *indifferens*, sequitur determinationem *virium* impellentium.

Corpora *oblique* projecta, in obicem *invincibilem*, resiliunt ad parem angulum: projecta, in obicem *vincibilem*, *recedunt* à perpendiculari, vel *accedunt* ad illud, pro *densitate* medii.

Gravia *libere* cadentia, *accelerant* motum suum per numeros *impares*: quiescentia *super basi*, *consistunt*, donec *linea directionis* cadit *intra basin*.

EX



## PHYSICA SPECIALI.

PHYSICA specialis elaborat in explicandis MEGACOSMI, MICROCOSMI, & ARTIS phænomenis: ex quibus aliqua subjicimus.

SYSTEMA Mundi Tychonicum admittimus; in eoque *Maculas*, *Phases*, & *Eclipses* explicamus.

Cometæ sunt *Planetæ*: Fixæ totidem *Soles*.

*Iris primaria* fit per radii luminosi, in guttas roridas incidentis, refractionem *duplicem*; reflexionem *unam*: *secundaria* per *duas* refractiones, & *duas* reflexiones.

Fulmen est exhalatio *vehemens* accensa.

Nisus Atmosphæræ ad *æquilibrium*, attollit liquores in *vasis*; & ex *aquis* vapores: unde Flumina oriuntur.

Magnetismus oritur ex effluvio a *polo* ad *polum*: Electricitas, ex *effluvio*, maximam partem *igneo*, è corpore electrico in *omnem* directionem, præsertim in *CONDUCTOREM* diffuso.

Planta *generat* Plantam.

Brutorum animæ, substantiæ sunt à materia & anima hominis distincta.

Commercium, corpus *inter* & animam, consistit in *influxu* physico.

Organa *sensuum*, determinabuntur.

Ad phænomena *Artis* exhibenda præstant *Machine*, diversi generis: quas inter eminent uterque *globus*, cum *sphæra armillari*.

## EX MATHESI

## EX

## GEO-ET TRIGONOMETRIA.

Parallelogramma & Triangula *ejusdem* baseos & altitudinis æquantur.

Quadratum Hypotenusæ æquale est reliquorum laterum *Quadratis* simul sumptis.

Circulo æquale est Triangulum, *cujus* basis fit peripheria, *altitudo* radius.

Triangula *æquiangula* habent latera circa æquales angulos *proportionalia*.

Æquantur inter se *ejusdem* baseos & altitudinis Pyramides, Prismata, Coni, Cylindri, Parallelepipeda.

Sinus arcuum *similium* eandem ad suos radios rationem habent.

In Triangulo obliquangulo latera *eam* rationem habent, *quam* sinus angulorum oppositorum.

Dato uno latere & duobus angulis invenire reliqua.

Dato uno angulo & duobus lateribus cetera reperire.

Datis omnibus lateribus invenire angulos.

## EX MECHANICA.

In vecte est *æquilibrium*; cum pondus est ad potentiam, uti *reciprocè* sunt distantia.

In traccióne obliqua *vera distantia* est *perpendicularis* ex fulcro ducta ad lineam directionis.

Determinare vires rotæ *dentatæ*.

Simplex trochlea *immobilis* vires potentia *non* auget.

Mobiles vero trochleæ, quibus pondus appensum est, pro *varia* dispositione *varie* juvant potentiam.

Examinare *libram*, & *stateram* Romanam.

Demonstrare vires *cochleæ*, etiam *infinita*.

Axis in peritrochio *auget* vires potentia in *ratione* vectis.

Cunei vires eo sunt *maiores*, quo ejusdem angulus est *acutior*.

In plano inclinato est *æquilibrium*, si fit *pondus* ad potentiam, sicut plani *longitudo* ad ejusdem altitudinem.

# EX HYDROSTATICA ET HYDRAULICA.

Liquida premunt secundum *perpendicularum*.

Demonstrare, cur *quædam* corpora aquæ *supernatent*, *alia* mergantur.

Grave intra fluidum tanto *minus* ponderat, *quantum* ponderat fluidum, *cujus* locum occupat.

Corpus liquido *specie levius* eo usque mergitur, donec spatium occupet liquidi, *cujus exclusi moles* æquet pondus totius corporis immerfi.

Figura per accidens est causa *vel* merfionis, *vel* ut corpus supernatet.

Corpus *specie levius* à quantumlibet *exiguo* fluido sustentari potest.

Altitudo fontium *verticaliter* salientium *per se* æqualis est *perpendiculo* originis.

Varios fonticulos *artificiales* explicare.

Antliarum varii generis *structuram* & *usum* demonstrare.

Aquas *libellare* ad fontes deducendos

O. A. M. D. G.

© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Gray Scale


|   |   |   |   |   |   |   |   |   |   |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
| A | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
|   | R | G | B | W | G | K | M | Y | C | B  | M  |    |    |    |    |    |    |    |    |



# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

|      |      |       |        |     |         |       |         |       |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|      |      |       |        |     |         |       |         |       |
|      |      |       |        |     |         |       |         |       |
|      |      |       |        |     |         |       |         |       |



M. u. a. 161.

De  
M.

